



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

2. Qualem ministrum juxta se Episcopus habere debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

scriptis, ut beatus dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillat.

Hieron. in epist. ad Lx-

tam.

Qualem ministrium Episcopus juxta se habere debeat. *Ex eodem Concilio tit. x i.*

II. Ut quisque Episcopus talem juxta se pro viribus habere decertet qui juxta sincerissimum & purissimum sensum catholicorum patrum fide & observatione mandatorum Dei seu & prædicationis doctrina Presbyteros plebium assiduè instruat & informet, ne domus Dei vivi, quæ est Ecclesia, sine lucerna verbi divini remaneat. Sed & isdem talis existat quem amor pecuniae non vexet, aut reprobi mores & conversatio reprehensibilis contemptibilem reddat. Hinc est quod cùm Moyses querelam in conspectu Dei deponeret se non posse portare tantum onus quod ei fuerat impositum, audivit à Domino: *Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël, quos tu nosti quod seniores populi sint ac magistri, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graveris.* Quid in Moyse nisi summum sacerdotium, quid in septuaginta viris nisi Presbyters accipimus? Quod autem Dominus aufert de spiritu Moysei traditque eis, patenter ostendit quod hi qui ab Episcopo in Dei conspectu vocati sunt, ut secum onus populi sustentent, eadem quæ Episcopus sentire debent eademe que velle & in partito sibi onere totis viribus cooperari. Hoc enim significat quod non alium sed ejusdem Moysei spiritum accipient.

Num. II.

REGINONIS LIB. I.

32 In canonibus vulgatis Concilij Meldensis,
pro eo quod Regino & Burchardus habent
conversatio reprehensibilis contemptibi-
lem reddat, legitur conversatio reprehensi-
bilis periculose devastet. Quæ verò dein se-
quuntur apud Reginonem & Burchardum,
non extant in canone illo Concilij Mel-
densis.

De eadem re. Ex Capitulis synodalibus
Karoli Imperatoris tit. CIII.

Lib. I. Capi-
tular. c. 109.
S. Gregor. lib.
I. epist. 24.

III. Episcopos itaque monemus ut sive
per se sive per vicarios pabulum verbi divini
sedulò populis administrent: quia, ut ait bea-
tus Gregorius, iram contra se occulti judicis
excitat sacerdos, si sine prædicationis sonitu
incedit.

Quòd à Rege postulandum sit ut Episcopi
tempore opportuno ad ministerium sibi
commisum vacare possint. Ex supradicto
Concilio tit. IV.

Concil. Meld.
c. 28. & in
Capitulis Ka-
roli Calvi tit.
V I. c. 28.

IV. Ut regia magnificentia liberiorem li-
bertatem Episcopis ad peragendum in eorum
parrœchiis ministerium præstet quam hacte-
nus propter diversas perturbationes habui-
sent. Ipsi autem Episcopi concessum sibi
otium non in suas voluptates, sed in divinum
& officiosum convertant negotium: quatinus
studentes prædicationibus, correctioni, atque
confirmationi, quod hactenus per parrœchias
fuit negleatum, sollerter de cetero sit emen-
datum.

Ne